



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 46. Clodoveus baptizatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](#)

*Christe, quem Clotildis mea dicit esse Filium Sæculum V.  
Dei viventis, tuum imploro auxilium! si \_\_\_\_\_ A.C. 496.  
mibi tribuis Victoria, credam in te & in  
Nomine tuo baptizabor. Invocavi Deos  
meos, sed impotentes experior. Jam te  
in opem compello. Volo tibi servire. Li-  
bera me modo ab hostibus meis. Clodoveo  
in hunc modum orante, Allemanni terga  
vertere, & in fugam se dare. Mox ubi  
Regem suum in acie occisum viderunt,  
omnes ditionem fecerunt, vitæ gra-  
tiam poscentes. Memorabilis victoria  
Clodovei anno 15. JESU Christi 496. re-  
portata est.*

### §. XLVI.

#### *Clodoveus baptizatur.*

*C*lodoveus ab hoc Bello revertens, cum  
in urbem Tullensem divertisset, inde *Greg. c. 31.*  
*S. Presbyterum accepit, Vedastum, seu*  
*Vastum nomine, ab aliquot jam annis *vit. S. Ved.**  
*in solitudine degentem, qui ipsum in via *ap. Boll. C.**  
*Févr.*  
*fidem docuit, & ad recipiendum Baptis-*  
*mum, animum jam sponte volentis præ-*  
*paravit. Tum S. Remigius, a Regina se-*  
*creto accersitus, quod S. Vedastus cœ-*  
*perat, perfecit. S. Pater! inquiebat*  
*Rex, quæ dicis mire animum meum affi-*  
*ciunt! interim ingens se offert obstacu-*  
*lum. Populus, qui mibi obedit, Deos suos*  
*nunquam deseret. Tamen ad concionem*  
*vocabo, & quæ suades, dicam. Ergo*  
Fran-

Sæculum V. Francos coire in cœtus jubet; ecce ve-  
A. C. 496. ro! antequam Rex eloqueretur, Deo cor-  
 da eorum convertente, omnes uno ore  
 exclamare: *Rex! Deos mortales abjici-  
 mus, & Deum immortalem, quem Remi-  
 gius prædicat, sequi decrevimus.* Itaque  
 ad Regis, Francorumque Baptismum om-  
 nia parantur. S. Remigius, & S. Veda-  
 stus rudes instruebant, & juxta Canones  
 aliquot dies jejunii, & Pœnitentiæ Bapti-  
 zandis imperabant. Interim plures alii  
 Episcopi ad hæc Solemnia Rhemos se  
 contulerunt, & cum res tanta ad Festa  
 Paschalia differenda Episcopis non vide-  
 retur, in Die Nativitatis Domini pera-

*Hincem. vit. Æta est.*

*S. Rem. ap.*

*Sur. 13.*

*Jan.*

Plateæ a Regia usque ad Ecclesiam  
 dependentibus Tapetibus ornatæ erant,  
 Ecclesiam odorati Cerei illustrabant, Ba-  
 ptisterium exquisitis incensis fumabat.  
 Distinctis ordinibus in Ecclesiam itum,  
 Clerici Cruces, & Evangelia deferebant,  
 & cantabantur Litaniæ. S. Remigius  
 Clodoveum manu ducebatur, Regina, &  
 populo sequentibus. Dum ita proce-  
 quunt, quæsivit Rex: *Pater mi! anne hoc  
 est Regnum Dei, quod mibi promittis?*  
 Respondit Episcopus: *non est, sed viam  
 ingredimur, ut illo perveniamus.* In ipso  
 Baptismi actu dixit Sanctus ad Clodo-  
 veum: *flecte cervices superbe Sicamber!  
 jamque adora, quod incendisti, & incende,  
 quod*

quod adorasti. Deinde Albofledam Re-Sæculum V.  
 gis Sororem baptizavit, & de Exercitu A. C. 496.  
 virorum tria millia, id est, Francorum, seu  
 Militum tunc in Galliis per varias Statio-  
 nes dispersorum. Haud diu supervixit  
 Albofleda, cumque Rex charæ Sororis  
 jacturam admodum doleret, S. Remigius  
 ad mœrentem litteras dedit, quibus con- Ep. Remig.  
 solatur, & credere jubet, defunctam ser- to. 4. Conc.  
 vata Baptismi Gratia Coronam Virginum p. 1268.  
 recepisse. Lantildis altera Clodovei So-  
 ror, quæ in Hæresin Arianorum incide-  
 rat, tunc Fidem Catholicam professa Sa-  
 cro Chrysmate uncta, id est, confirmata  
 est. Rex baptizatus S. Remigio multos *Hincm. vit.*  
 in diversis Provinciis agros donavit, cu-  
 jus liberalitatem Francorum potentissimi  
 quisque pro facultatum suarum modo imi-  
 tati sunt. Has S. Remigius aliis Ecclesiis  
 distribuit, ne suspicari possent Franci,  
 ipsum lucri causa in convertenda hac  
 Gente allaborasse. Magnam illorum Bo-  
 norum partem dedit Ecclesiæ S. Mariæ in  
 Civitate Laodunensi, ubi educatus fue-  
 rat, & Episcopum constituit Genebal-  
 dum virum Nobilem in Sacris profanis-  
 que litteris doctum. Is S. Remigii Ne-  
 ptem uxorem duxerat, eamque reliqua-  
 rat, ut totum se Pietati daret. Hæc fuit  
 origo Episcopatus Laodunensis, antea ad  
 Diœcesin Rhemensem pertinentis. Clo-  
 doveus multas extruxit Ecclesias, locu-  
 pleta-

Sæculum V. pletavit alias, atque edita lege Subditos  
A.C. 496. suos omnes ad amplectendam Religionem

*Vit. S. Melan. ap. Boll.* Catholicam invitavit. Is unicus sui ævi  
6. Jan. erat Princeps Catholicus. Anastasius

quippe Imperator Eutychianis favebat.  
Thrasamundus Rex Vandalorum in Afri-  
ca, Theodoricus Rex Ostrogothorum in  
Italia, Alaricus Rex Visigothorum in Hi-  
spania, Gundebaldus Rex Burgundionum  
Arianæ Hæresis labe infecti fuere.

*S. Avitus Episcopus Viennensis datis  
to. 4. Conc. ad Clodoveum Litteris Conversionem ad  
p. 1266. veram Fidem gratulatur, & præsertim,  
Epist. Avit. quod illa Die, qua Dominus Noster in*

41. carne natus est, ipse in Sacro fonte Ba-  
ptismi renasci meritus sit. Precatur, ut  
optimus Deus tanti Regis opera Nationes  
remotas, nativæ ignorantiae tenebris in-  
volutas, ad sui agnitionem adducat, &  
hortatur, ut Rex in hunc piissimum finem  
Legatos (\*) mittat. S. Avito hic de Gen-  
tibus Germaniæ trans Rhenum habitan-  
tibus sermo est.

### §. XLVII.

*Anastasius Papa ad Imperatorem  
scribit.*

Anastasius Papa sub Pontificatus sui ini-  
tium

(\*) Herr Fleury hat das Wort: *Ambassadeur*. Das heisst bey unserem Uebersetzer: *Ein Missio-  
narius*. Andere Fehler verschweige ich.